1620.

B

Capita Postulatorum Electoralium Brandenburg: in Varsoviensi nupero conventu exhibita.

1 Cum in eo a pactis feudalibus aberratum esse Serenus Elector Brandenburg: existimet, quod minime ad conventum hunc Sua Serenitas invitata, nec consilia Interregni cum illa communicata fuerint, ut caveatur ab Illustriss: ordinibus, quo inposterum corrigatur.

2. Suadet ut tractatio pacis in Suecorum Rege Gustavo reassumatur, ad quam promovendam operam suam fidemq; Reipubl: defert S. Serenitas modo praeparatoria decreta ad illam tractationem necessaria fiant.

3. Ut major sit inposterum pactorum feudalium firmitas, protestationes a paucissimis contra universum ordinum consensum et authoritatem Regiam circa investituras proximas feudi Prussici interpositae, et ad acta publica receptae ex ijs deleantur et cassentur, severaq; paena ne amplius fiant, prohibeantur.

4. Ut alia gravamina ultra et contra pacta feudalia per rescripta et responsa regia ad unius partis instantiam obtenta, Recessus item commissionales invita sua Serenitate editi, aliaq; attentata, et abusus in Ducatum Prussiae contra Iurisdictionem et alia iura suae Serenitatis invecta, authoritate huius conventus aboleantur pro quorum omnium cognitione, quam primum aliqui tam ordinis Senatorij, quam Equestris ad audiendum internuncium deputentur.

5. Ut ad futuram novi Regis Electionem Serenus Elector ceu membrum Reipubl: primarium, cuius locus praecipuus in omnibus Consilijs et conventibus Regni publicis per pacta competit, vocetur, votum suum et suffragium liberum edere eidem permittatur.

6. Ut pacta antiqua finium inter maiorem Poloniam et Marchiam variis excessibus ex parte Polonorum infracta renoventur, et excessus per commissarios utriusq; secundum

pacta delegandos iudicentur, item fraudes in navigatione Wartæ propter et contra ſenſum ultimæ tranſactionis inten-tatæ corrigantur.

7 Vt ſequeſtri in Pruſſia Regali ſuæ Serenitati impoſiti onus nimium grave revelentur, remiſſione Canonis et ſubſidij è Ducatu Theſauro Regio debiti ad partem impenſarum pro præſidijs in locis illis ſequeſtratis alendis erogando, cum præter iſtam ſummam ſuæ Celſitudinis Serenitati multo maior è Ducatu bello exhauſto remaneat eroganda.

8. Vt pacta induciarum exactè ſerventur, et ut contra illorum præſcriptum libertas negotiationis in Viſtula, per confiſcationem frumenti primo poſt inducias factas anno, in ſummum innocentiſſimorum civium Mariæburgenſium damnum impedita fuerit, ut id emendetur, et ablata Dnis fidem publicam ſecuti, numquam ꝑmoniti facultatibus ſuis exuti ſunt restituantur: ne adverſæ parti prætextus et anſa rumpendi inducias præbeatur.

Illuſtriſſ^orum Ordinum Regni reſponſum Electori Brandeburg: datum.

Quæ nuper Dnꝫ Nuncius, nomine Ser^mi ~~Elect oris~~ Brand^ci et in Pruſſia Ducis, in publico conſeſſu expoſuit, ea ampliſſimus Regni Polon. et Magn: Dnc: Lith. Senatus et ordo Equeſtris non ſolum attente audivit, verum etiam diligenter ſecum perpendit et imprimis grata accidit Senatui testificatio doloris, ex obitu Sereniſſ^mi Regis noſtri laudatiſſ: memoriæ, in pectore Ser^ti. ~~Ser~~tis concepti ſperatq; Senatus gratam hanc defuncti Regis memoriam ſuam Ser^ti debitis in Rempub. et prolem Regiam, officijs impoſterum quoq; declaraturam.

Porro res ipſas à Domino Nuncio expoſitas quantum attinet, Primo non æſtimant ~~Ill^mi~~ ordines quicquam erratum vel omiſſum fuiſſe, quod ~~fermè Ser tas~~